

10  
11.  
12  
13  
14  
15  
16.  
17.  
18  
19  
20.  
21



1707.

- 11.  $\gamma$  Voynneger, Andreas Julius: De principiis primis juris naturalae
- 12.  $\gamma$  Stupfmannus; Fredericus: De methodo vitam longam acquirendi,  
 $\gamma$  ejusque causis
- 13.  $\gamma$  \* Krautius, Christianus Fredericus: Viri illustri... Christianus Brille-  
 $\gamma$  zius Krautius... De musis Hellenicibus, patria sua  
 optime merito, sacra est, quae de comendato Fredericiana  
 in urbem agit, oratio.
- 14.  $\gamma$  <sup>149<sup>et</sup></sup> Ludovig, Jacobus: De primatu Germania: 2 Vind.
- 15.  $\gamma$  <sup>150<sup>et</sup></sup> Ludovig, Joannes Petrus: De jure amato: 2 Vind.
- 16.  $\gamma$  Ludovig, Joannes Petrus: Paradoxes juris maxime publici
- 17.  $\gamma$  <sup>151<sup>et</sup></sup> Ludovici, Jacobus Fredericus: Disputationes publicae et 400.  
 $\gamma$  pro Alano Stuvio, jurisprudentiam Romanam Germanicam  
 forensis rationat et simul se opposita inter Legispru  
 et. Rabilon <sup>nonnulla</sup> ~~nonnulla~~ praesertim.
- 18.  $\gamma$  <sup>152<sup>et</sup></sup> Ludovici, Jac. Fredericus: De captivitate bellica.
- 19.  $\gamma$  <sup>153<sup>et</sup></sup> Ludovici, Jac. Fredericus: De jure declarationis 2 Vind. 1707
- 19.  $\gamma$  <sup>154<sup>et</sup></sup> Habelis, Georg. Jo. <sup>Christoph. (in disputa 1746)</sup>  
 Reputatio in qua de competantia medica (in disputa 1746)  
 Christoph. (in disputa 1746)
- 20.  $\gamma$  <sup>155<sup>et</sup></sup> Hagedorn, Joh. Samuel: De testimonio infamato.
- 21.  $\gamma$  <sup>156<sup>et</sup></sup> Hagedorn, Jo. Samuel: De mabinovianis jure, et institutionibus.



22. Skyrin, Samuel: De iudicio principis iuxta colorem  
12 facti veritatem

23<sup>a. b.</sup> Skyrin, Samuel: De hypotheca tacita in fidei com-  
13 muni.

24. Skyrin, Samuel: De auctoritate rei <sup>judicialis</sup> ~~publicae~~ contra  
14 tertium.



*[Faint, illegible handwriting in blue ink, possibly bleed-through from the reverse side of the page.]*

DI  
C  
SA  
C

SE  
DN  
PRIN

DN.  
CO

PR

M

Typis





1707 13

17

VIRO ILLVSTRI,  
DOMINO

6

**CHRISTIANO FRIDE-  
RICO KRAVTIO,**

S. REGIAE MAIESTATIS CONSILIARIO INTIMO  
CAMERAE SECRETIORIS, CETERA,

DE  
MVSIS HALENSIBVS, PATRIA SVA OPTI-  
ME MERITO,

SACRA SIT,  
QVAE DE COMMODIS FRIDERICIANAE IN VRBEM  
AGIT, ORATIO.





DOMINUS



Qvod in hac oratione argumentum tractavi, ad id iusto quodam dolore, quem ex corruptis quorundam hominum iudiciis accepi, sum excitatus. Fridericana in literato orbe principio statim ingentes successus habuit, qui tantum abest, ut postea, quod hostes nobis vicini diuinarunt, decreuerint, ut potius noua singulis annis, Deo largitore, sumperint incrementa. Me consule nouorum aduenarum numerus omnium calculos uicit, qui ante me magistratum gesserant. Facile ad intelligendum est, quem amorem, fiduciamque excitet Friderico conditori, quod nullum fere Europae siue regnum sit, siue respublica, cuius ciues non uenerint ad hunc bonae mentis mercatum retulerintque inde ad suos cum gloriam regis sapientissimi, tum perpetuo duraturam pietatem in supremum, quem musae nostrae uenerantur, nutritorem. Cumque nemini obscurum sit, ex Academiis iuuenes ad curias & templa uocari & orbem his arbitris regi uniuersum

111  
5

sum: dici satis nequit, in quanto olim pretio ponendum, de illorum institutione bene meritum fuisse. Et quemadmodum omnes doctrinae nostrae post Deum & ueritatem hanc sibi metam propositam habent, ut iura, commoda, gloria REGIS adaugeantur: fieri non potest, ut uiri exuant, ad quod iuuenum animi quondam educti formatique fuerunt. Quod iterum negotiis, quibus regna inuicem ceu uinculo quodam continentur, ingens & immensum addere oportet momentum. Sed uulgus haec nescit & utinam ille tantum parui auctus Fridericianae faceret neque is error illorum inuasisset animos, qui non ultimo prorsus loco sedent in republica. Meum uti non est, isti hominum generi surdam fabulam narrare: ita tamen nihil a munere meo, dum prorector essem, alienum credidi, si hanc urbem fortunarum, quas Fridericianae debeat, integra oratione, dicendi genere non sublimi, sed claro & facili, commonerem & multis eidem argumentis inculcarem. Tuum nomen quare praeferant hae tabulae meae, non meo iussu, sed studio & rogatione typographi in publicum emissae, nemo apud nos ignorare potest, nisi qui improbus esse uelit aut ingratus atque immemor prorsus officiorum tuorum, quae pro institutione huius sacrarii adhibuisti. Cui quaeso ignotum est, quod consilii de condenda Fridericianae primus auctor fueris adiutorque deinde praecipuus. Alii risu, alii indignatione, contemptu alii exceperunt


) 2

ratio-

rationes tuas, tam Augusto successu euentuque a principio cepti operis comprobatas. Literis, sermone, colloquiis, centies ea causa institutis, superasti tandem aliter sentientium calculos & Tuo suffragio conciliauisti. Quod cum REGI semel adprobatum esset, quas operas quaeso! non impendisti? in conuocandis doctoribus; in salariis, unde hi uiuerent, a principe erogandis; in ordinando & exornando coetu nostro uniuerso. Qua in re nullis uigiliis, operis, innumeris laboribus nullis pepercisti, neque inuidorum hominum in aula ac urbe contraria studia, machinationes insidiasque, quibus Fridericianae natales uel opprimere uel successus rei impedire uoluerant, extimuisi; sed pro ingenii, quod habes, magnitudine & excellentia recto tramite & constanti ac imperterrito gressu propositum TIBI scopum attigisti atque ut in aliis negotiis, ita in hoc REGIS Tui gloriam regni-que commodum procurasti. Post tantos labores, huius scholae causa exantlatos, qui uitio TIBI uerteret, quod nuper ex TE audiu, cum in conuictu Tuo essem, TE eam etiam nunc in sinu fouere, doctorum fortunis gaudere, gratulari successus, frequentiam, celebritatem, cum non infima hic pars, quod agnoscimus, TIBI deberi uideatur. Vale & seram transige id est, uirtutes TUA meritisque dignam senectutem.

Halae Venedorum d. VII. mensis

Jan. clbcccvii.



Halle, Diss., 1707 H-Sto

ULB Halle


3

003 591 59X



Nur 12-13a  
nicht verbunden Sto





1707 13

6

VIRO ILLVSTRI,  
DOMINO  
**CHRISTIANO FRIDE-  
RICO KRAVTIO,**  
S. REGIAE MAIESTATIS CONSILIARIO INTIMO  
CAMERAE SECRETIORIS, CETERA,  
DE  
MVSIS HALENSIBVS, PATRIA SVA OPTI-  
ME MERITO,  
SACRA SIT,  
QVAE DE COMMODIS FRIDERICIANAE IN VRBEM  
AGIT, ORATIO.

